sunt commoda· si aliar
adquiri uel perfici nisi cum
huius tranquillitatis
perturbatione non pos-
sunt. XV.

GERMANUS· Sicut ce-
terorum uulnerum·
id est irę· tristitię· impa-
tientię· per obiectionem
contrariarum rerum
medella monstrata
est· ita & iam contra spiritum
fornicationis· quod cu-
rationis genus nos opor-
teat adhibere uolumus
edoceri·, id est utrum & iam
concupiscentię ignis
propositis sicut illic ma-
ioribus inritationis
augmentis possit extin-
gui· quod satis castita-
ti credimus esse contra-
rium· si non solum exag-
gerentur in nobis libi-
dinis incentiua· sed
uel pretereuntem entis
oculo perstringantur. XVI.

IOHANNES· questionem
quę & iam tacentibus uobis
narrationem nostram fue-
rat secutura· sed ex in-
terrogatio uestra preue-
nit· & idcirco efficacius
eam sensibus uestris con-
cipienda esse non ambi-
go· quando quidem in-
stitutionem nostram acum-
uestri praecessit ingenii;
sine labore enim cu-
ius libet questionis di-
lucidatur obscuritas·
Cum absolutionem eius
anticipans inquisitio·
quo ducenda est antece-
dit; itaque remedius qui-
dem illorum quę supra
diximus uitiorum· non
solum nihil officiunt·
uerum & iam multum
conferunt humana
consortia; nam fre-
[ablatiuus cas]
quentia impatientię
suę crebrius patefac-
ta· quanto magis as-
siduum superatis do-
lorem compunctionis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. p.%2026 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/en/csg/0575/p.%2026)